

pulla: non audierunt, excusationem habere de peccato infidelitatis, non tamen questum Dei consequentem, ut scilicet justificarentur ab illis peccatis, vel que nascuntur contritionem, et non modo querendo addiderant, & pro his meritis damnantur. Subdit: Si qui tamen eorum fecissent, quod in se est, Dominice seculum suam misericordiam providisse, mittentes eis predicatorum fides, sicut Petrus Cornelio. Act. 10. & Paulum Macedonibus, ut habetur Act. 16. Sed tamen hoc ipsum quod aliquid faciunt, quod in se est convertendo se ad Deum, ex Deo est movere cor ad convertendum. Supponit ergo D. Thom. etiam istis, qui nihil audierunt de Evangelio adesse auxilium sufficientem, quo possint facere, quod in se est, scilicet convertendo se ad Deum auctorem nature: quod si faciant, moveatur ad eos illuminandos per fidem. Hæc etiam docet D. Thom. q. 14. de verit. art. 13. ad 1.

S. VI.

Defenduntur factus S. V.

XLVIII. **D**octores, qui, ut superius adnotavimus, admittunt quidem, Deum omnibus offerre auxilia sufficientia ad salutem, non vero omnibus recipere, Obiiciunt: Primo Concil. Trident. sess. 6. cap. 11. ait: *Deus namque sua gratia semel justificatas non deserit, nisi ab eis prius deseratur: sed hæc desertio nequit intelligi de subtractione gratie efficacis, cum hæc absque hominis culpa multoties denegatur: ergo de gratia sufficiente.*

XLIX. Respondent aliqui: Concilium præfatis verbis: quæ simpliciter ex Augustino lib. de nar. & grat. cap. 26. loqui de subtractione gratie habitualis, & sufficientis: quia loquitur de homine justificato, a quo veniunt. Deum non subtrahere gratiam sufficientem, nisi deseratur per peccatum: quæ responsio probabilis est. Ne tamen illis acquiescam, me movet S. Augustinus, qui loco laudato postquam dicit: *non deserit, nisi deseratur*, addit: *ut sic semper iustificari videatur*. Quibus indicat, quod Deus, cum hominem iustificatum se deserentem deserit, ab eo subtrahat non solum gratiam sufficientem, sed etiam auxilia, quæ cum gratia illi conferebat ad perseverandum. Sicut enim (exemplum est S. Augustini) *vultus verbi gratia claudicat: ideo curatur, ut sanato malo præterito futurus dirigitur incessus: sic mala nostra, non ad hoc solum superius Medici sanant, ut illa jam non sint, sed ut de cætero recte ambulare possimus, quod quidem etiam sani, non nisi illo adiuvante poterimus*. Et infra: *sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candere lucis adiuvet, non potest carnere: sic et homo etiam perfectissime iustificatus, nisi æterna luce divinæ divinitus adiuvetur, recte non potest vivere*.

L. Respondo igitur, hominem iustificatum, per peccatum Deum deserentem, a Deo deseri per subtractionem, nedum gratie sufficientem, & habitualis, sed etiam actualis, sive efficacis ad actu perseverandum; unde Augustin. subiungit: *Sanat ergo Deus, non solum ut desat, sed peccavimus, sed ut præstitit etiam in peccato. Vel, si velis, subtrahit etiam fidem ad tempus gratiam sufficientem ad proxime posse perseverare, relinquendo in ipsa gratiam sufficientem solum reponit: quod non est contra nos.*

LI. Obiiciunt secundo ex D. August. lib. de civitate. & gratia c. 11. ubi de adiutorio suo quo, seu sufficientem si autem (inquit) hoc adiutorium vel Angelo, vel homini, cum in peccato facti sunt, desessit. Non unique sua culpa accidit: adiutorium quippe desessit, sine quo non potest vivere. Nam autem, quibus desit talis adiutorium, iam peccata peccati est: quibus autem datur secundum gratiam datur, non secundum debitum. Supponit ergo Sanct. Doctor, homini lapsio in peccatum aliquando desesse illud adiutorium, quod si Angelo, vel homini innocenti desessit, iam non sua culpa accidit: quia illis desessit adiutorium, sine quo manere non possent. Hoc autem est auxilium sufficientem; ergo &c. Quod confirmatur ex D. Thom. 2. 2. q. 3. art. 5. ad 1. ubi hoc eodem D. Augustini utitur testimonio.

LIJ. Responditur SS. Augustinum, & Thomam loqui de gratia proxime sufficientem ad perseverandum, & ad implenda præcepta supernaturalia, nimirum diligendi Deum super omnia, & credendi articulos fidei, ut ibi loquitur D. Thom. qualis collata fuit Angelis, & Adamo, cum primum facti sint: de hæc merito dicitur, quod quibus non datur, in peccatum denegatur, peccat falcem originali: quibus autem datur, misericorditer datur. Cum hoc tamen optime fiat, quod omnibus, & singulis falcem datur ad usum rationis perveniunt, conferat Deus aliquod auxilium imperfectionis, removere solum ad justificationem, & falcem conducens, vi providentia solum generalis, quæ omnes, & singulos ad falcem ordinat.

LIJ. Sed infra, S. Augustinus serm. 11. de verbis Apostoli, nunc serm. 26. cap. 4. ait: *Communis est omnibus natura, non gratia*. Item D. Th. 2. 2. de verit. art. 14. probat, quod si omnibus daretur gratia, quæ homo se prepararet ad gratiam, non videretur aliud esse, quam naturale donum. Nam in nulla inveniantur omnes homines, conversas, nisi in aliquo naturali.

LIV. Respondo, D. August. loqui de gratia speciali, quæ fides, ac justus sumus, & quæ feceruntur a pigranis: non de gratia generali, & sufficiente etiam remota, quæ ex Providentia generalis omnes ad falcem dirigent descendit.

D. Thomam vero, ut legenti constat, loquitur de gratia quæ sit donum habituale omnibus collatum; non vero de gra-

tia actuali, secundum quam Deus aliquomodo in mentibus hominum operatur proxime, vel remote eoque ad justificationem dirigendo, puta exteriori admonitione vel interiori infundendo. Immo dicit, hæc omnia ex divina misericordia homini providendi. **LIV.** Sed replicat. Collatio cuiuscumque auxilii supernaturalis est vera gratia: sed Deum, ut suam gratiam veram esse demonstrat, necesse est, ut eam non omnibus, & singulis conferat, alias videretur esse donum naturaliter debitum; eo vel maxime, quod homo per peccatum, five originale, five actuali amittit jus ad salutem, qui autem amittit jus ad finem, amittit etiam ad media, & homini in peccato, ut pote spiritualiter mortuo, non debetur aliquid principium, ratione cuius possit vitam spirituales recuperare ergo &c.

LVI. Et ego similiter infio. Nam etiam oblatio cuiuscumque auxilii supernaturalis, & remedi ad salutem vera gratia est; ergo ne videatur debita, necesse est, ut illud, non omnibus, & singulis offerat, nec pro omnibus Sacramenta infundatur, nec pro omnibus Sacerdotum tradiderit, ut dicitur Ianfenitæ. Cur ergo, hoc Adversarij, ne sint Ianfenitæ admittunt? Sicut igitur Deus, quamvis ex iustitia poterit hæc omnia omnibus & singulis hominibus denegare, non tamen alicui denegat, sed omnibus, & singulis offert; quia non decet suam bonitatem hominem, quem ad supernaturalem finem elevavit, omnibus mediis, quibus ad dictum finem conari possit, destituere: ita non decet, non conferre auxilia sufficientia, & intrinseca illis, qui illorum sunt capaces. Et sic per hoc, quod ea omnibus offert, & exhibet, non desinat hæc gratia: ita nec desinat esse gratia, quamvis omnia prædicta ad salutem, qui capaces sunt re ipsa conferat: Dixi illis, qui sunt debiles, nemo adulti. Quid enim de parvulis sentiamus, diximus supra n. 6. dubij præcedentis, quæ hæc teneamus sunt. **LVII.** Obiiciunt tertio, Si Deus conferret omnibus adultis auxilia sufficientia supernaturalia; omnibus conferret auxilium proximum ad credendum; quia fides est initium, & fundamentum totius ordinis supernaturalis: unde, ait Paulus ad Hebr. 12. v. 6. *sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim operatur accedentem ad Deum, & quæ est, et iniquitatis se remouerat. Et Concil. Trident. sess. 6. cap. 3. fides (inquit) est humana salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis. Sed falcem est, quod omnibus, & singulis conferat Deus auxiliium ad proxime credendum, alias omnes possent, & tenerent credere; & sic non daretur infidelitas negativa contra D. Thom. supra citatum 2. 2. q. 10. art. 1. afferentem in pluribus dari infidelitatem negativam; ergo &c.*

LVIII. Confirmatur. Cum homo pervenit ad usum rationis, datur illi auxilium, quo possit ad Deum converti, & justificari, ut dictum est: sed hoc posito non datur amplius infidelitas negativa, quia nullus erit, qui non habeat auxilium; vel falcem non habuerit, quo possit, & tenerent credere ergo &c.

LIX. Respondo, neg. maj. Quod enim auxiliium ad proxime credere fit inter omnes gratias actuales simpliciter prima, radix, & fundamentum omnium aliarum, sunt propositiones 26. & 27. Quæsielliane damnatæ in Constitut. Unigenitæ à Clemente XI. nimirum: *Nulla gratia datur, nisi per fidem, & fides est prima gratia, & sua omnia aliarum*. Et merito quidem: gratia enim, seu auxiliium dicitur proxime credendum alie gratie, tum ex parte intellectus, tum ex parte voluntatis, quibus homo preparatur ad fidem. Quod expresse Tridentinum sess. 7. cap. 6. cum ait: *Disponitur autem ad ipsam fidem, cum essentia divina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes, ut non esse, quæ dicitur revelata, & promissa sunt*. Quibus non docet, gratiam fidei pluribus gratiis, tum ex parte intellectus, tum voluntatis præstari. Primo enim datur gratia excitans, & adjuvans intellectum, ut fidem ad auditu quasi speculativo concipiat, & de e cogitare incipiat; deinde, ut eam practice voluntati proponat: rursus, ut hæc pia affectio erga fidem, ac Deum reveletur libere moveatur. Insuper quibus negare poterit, exordium justificationis in adultis à Desap Jesu Christo perveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ipso vocatio, qua nullis eorum existentibus meritis vacaret: ut statuit Tridentinum eadem sess. 6. cap. 5. quæ enim potest venire ad fidem, nisi a Deo prius vocetur? Huiusmodi autem gratia fidei præveniens a gratia fidei distincta esse, & separabiles, patet: quia eis homo potest dissentire, & non credere si velle. Et quæque supernaturales, nemo negabit, nisi velis esse Semipelagianus, & dicere, initium fidei esse ex nobis.

Hæc adeo vera sunt, ut D. Aug. lib. de Prædest. 55. cap. 2. ad illud 2. Cor. 3. v. 5. *Non quod sufficientem finis cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis sed sufficientem nostram ex Deo est*. Ità Semipelagianos perstringat: *Quis enim non videtur, prius esse cogitare, quam credere? nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. Quamvis enim raptim, quamvis eorum credere voluntatem quadam cogitatione avevolent, neque illa ita sequantur, ut quæ conjunctissima commiserit: necesse est tamen, ut omnia, quæ creduntur, præveniant cogitatione creduntur. Quamquam & ipsam credere, nihil aliud est, quam cum assensione cogitare. Non enim omnia, qui cogitant, credit; cum illis cogitant plerique, non credunt. Et. Et ulterius procedens 1. 2. con. dicit, dicit, Belgian. c. 8. Hos hæreticos, qui vici laudato Apostoli testimonio esto, admittent, non posse nos sine auxilio gratie de fide cogitare, posse tamen ex nobis eam desiderare, sic arguit: *Minus est autem cogitare, quam credere. Cogitamus quippe omnia, quæ cupimus, nec tamen cupimus omnia, quæ cogitamus, quoniam non cupimus, & quod non cupimus, cogitamus. Cum igitur cupimus, sic cogitare, quam cupere: potest enim homo cogitare bonum, quod nescit cupere, & proficiscendo postea cupere, quod antea non cupendo cogitavit*.*

ut: quomodo ad id, quod minus est, id est ad cogitandum aliquid boni, non sumus idonei tamquam ex nobis ipsis, sed sufficientem nostram ex Deo est: & ad id quod est amplius, id est ad cupiendum aliquid boni, sine divino adiutorio idonei sumus ex libero arbitrio?

LX. Neque oblat, quod sine fide impossibile sit placere Deo, & hoc credere oportet accedentem ad Deum: nam & nos hoc fateamur: sed dicimus, fidem, & credere non esse inter gratias actuales primas, immo alias gratias fidem præcedere, nimirum gratiam vocationis, Inspirationis ad fidem, desiderium credendi, alioque motus etiam indeliberatis, qui a Deo auctore supernaturalis præviæ ad actum deliberatum credendi in nos immittuntur. Fateamur etiam, quod sit initium humanæ salutis fundamentum, & radix omnis justificationis, quia inter pietatis opera ad iustitiam, & salutem conducunt primatum est fides: sed fidem dicimus vocatione, inspiratione, desiderio præveniri, ut superius ex Tridentino, & Augustino probavimus.

LXI. Neque pariter tollimus infidelitatem pure negativam. Nam ut aliquis sit infidelis non pure negativa, sed contrarie, non sufficit, quod aliquo actu etiam supernaturali, tam ex parte intellectus, quam voluntatis remota moveatur, & afficiatur ad salutem; sed requiritur ulterius, ut ei expresse proponantur mysteria fidei, ut a Deo revelata, & quod ille dissentiat, quia teste Paulo Rom. 10. *Ergo fides est auditu. Constat autem, nullam repugnantiã dari in eo, quod quis habeat aliquod auxiliium falcem remotum ad fidem, quo ad Deum auctorem supernaturalem possit, & teneretur se convertere, quod fit quadam quasi inchoatio fidei, & quod invincibiliter ignoret veritatem revelationis, & obligationem credendi, & sic maneat negativa infidelis. Nam responsio robor habet etiam in sententia adversarij. Nam iuxta eam, ut quis non excusetur a peccato infidelitatis, sufficit, ut Deus offerat auxilia proxima ad credendum; & nihilominus cum obligatione ista optime fiat ignorantia invincibilis de mysteriis, & præceptis supernaturalibus, & de obligatione credendi; cur ergo de his non fiat ignorantia invincibilis erga præceptum credendum cum collatione aliquid supernaturalis, remota conducant ad salutem? Ita prohibetur aliquid.*

LXII. Communis alii respondent, in homine perveniente ad usum rationis non dari infidelitatem negativam: quia Deus pro tunc omnem hominem sufficienter illuminat circa illa dogmata generalia a Paulo propohtia Heb. 11. scilicet, quia Deus est, & inquirentibus se remuneratur est: cui si homo cooperaretur, conferret illi Deus auxiliium, & lumen ulterius ad proxime credendum, & se convertendum perfectè. Cum hoc tamen coheret quod in pluribus, qui nihil amplius de fide audierunt, detur infidelitas negativa circa omnia in majoritate constituit. Et hoc quia homo illius interne illuminationis in primo instanti usus rationis, de curfu temporis facile naturaliter ita obliviscitur, ac si eam nunquam habuisset: & hoc facile contingit in illa tenera ætate, in qua facile a nostra memoria elabatur id, quod a Deo tunc nobis inspiratur. Quæ responsio salvat doctrinam D. Th. de infidelitate negativa, ad quam nullum determinat tempus; & rursus, quod quilibet homo ad usum rationis perveniens teneretur se convertere ad Deum tali conversione, qua disponatur ad justificationem.

LXIII. Ad confirm. similiter respondetur. Vel enim secundum primam responsum homini pervenienti ad usum rationis conferret auxiliium lumen remota disponens ad fidem, & justificationem, & sic salvatur in eo infidelitas negativa de fidei articulis, ut superius dictum est. Vel illi conferret auxiliium proxime sufficiens ad fidem, & sic esto non salvetur in eo infidelitas negativa pro illo instanti; poterit tamen in eo reperiri de curfu temporis rationale naturalis oblivio, ut patet dictum est.

S. VII.

Defenduntur quæ dicta sunt S. 3. de justis.

Multa congerit Ianfenius l. 3. de gratia Christi Salvat. cap. 13. ut fundat, hominibus etiam Justis desesse auxilia sufficientia, tum proxima, tum remota ad observanda præcepta, & maxime ex S. Augustino. Nos unum, vel alterum proferemus, ex quibus cæterorum solutio patere poterit.

LXIV. Primo ergo affert S. August. tract. 66. in Joann. dicentem de S. Petro: *Quid scilicet Petrus? Nonnam eo sui spiritus sollicitus Petrus. Noli ex tei presumere, non potes modo. Noli deseri desperando, sequeris postea &c.* ex quibus fidei D. Petrus volebat, & conabar sequi Christum, & tamen non poterat: id est non habebat gratiam, nec efficacem, quæ sequeretur, nec sufficientem, quæ posset sequi.

LXV. Primo. Responderi potest neg. suppositum, quod S. Petrus pro eo tempore, quo conabar sequi Christum, & non poterat; sic computandus inter Justos: quia licet exterius videretur toto ardore Christo adherere, interius tamen peccato peccato presumptionis, & superbie, quæ existimabat, solis viribus liberi arbitrij sine ullo divino gratie auxilio, se posse sequi Christum; cum ultra auxiliium, quo posset velle sequi, debuisset petere aliud auxiliium, quo posset de facto vincere difficultates, que in Christum de facto sequendo obvise illi erant futuræ: Deus enim dat non solum velle, sed & perficere. Videbat sicut bonam voluntatem; sed quia eam putabat ex propriis viribus ortam, non a Dei gratia, existimavit etiam, se propriis viribus in Christum posse quocumque sequi. Unde S. Augustinus ibi: *Quid (inquit) in animo eius esset cupiditas, videbat, quid virum, non videbat. Quare ut exemplo suo monitus cautior fieret ac humilior meruit in*

penam ulteriori gratia efficaci, & si velis, eam sufficientem paululum ad tempus deseri, quod indicat ibi August. ad illa verba Christi: *Non potes me modo sequi, sed postea. Non ais non potes, sed non potes modo, dilatarem inerte, non spem culis, & eandem spem, quam non culis, sed potius deinde, sequenti voce firmavit, addendo arguo dicendo: sequeris autem postea. Næc ista responsio contra nos est, qui non negamus, posse hominem gratia præventum, ulteriori gratia etiam sufficiente ad tempus deseri in peccatum; quo casu peccatum illud, quod ex tali defensione sequeretur, esset voluntarium in causa, nempe in peccato personali præcedente; sed solum posse omni auxilio etiam sufficiente privati, & per omne tempus, seu per totam vitam.*

LXVI. Responderi potest secundo, dato, quod Div. Petrus presumptione illa lethaliter non peccaverit, vel ratione inadvertebat plena, vel ex alio capite, distinguendo antec. facultatis, seu auxilium dans illi posse sequi Christum, evitare presumptionem, immo & negationem, sed solum caruit potentia positionis, seu auxilio efficaci, quod de facto vitaret negationem, & Christum sequeretur gratia enim efficax, dici potest, quod det posse potentia positionis, quia conjuncte posse cum agere. Hoc colligit ex verbis Christi, qui dixit Petro Joann. 13. v. 36. *Non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Ubi non dicit: poteris me modo sequi, sed sequeris postea.* Desit ergo Petro gratia, qua de facto Christum tunc sequeretur, & quæ postea secuturus erat, hoc est gratia efficax, & dans agere: non desit gratia qua tunc posset, & quæ postea futurum erat ut posset, hoc est gratia sufficientem.

Hæc tamquam regula generaliter responderi potest omnibus ferè textibus, quos pro se coarctavit Ianfenius, habendo semper præ oculis, quod D. Augustinus, qui agebat contra Pelagianos omnem gratiam negantes, tam sufficientem, ut possimus, quam efficacem, ut faciamus, utriusque gratie necessitatem exemplo D. Petri demonstrare, & palam facere velle, nimirum, & gratiam ut possimus, & gratiam ut faciamus, quæ, quia illi desit, ideo in negationem lapsus est.

LXVII. Secundo affert Ianfenius eundem S. Doctorem, qui lib. 13. de Trinitate, cap. 16. docet hæc Apostoli verba 1. Cor. 10. v. 13. *Fidelis autem Deus est, qui non patietur, ut tentari supra id, quod potestis, de Prædestinatis esse intelligenda.*

LXVIII. Respondetur primo, quod S. August. generaliter de omnibus ea verba exponit; enarrat. in Pf. 61. n. 20. in Pf. 94. n. 9. Sermon. 156. de Tempore modo 46. de Passione cap. 5. & Sermon. 156. alias 18. Ex Simonidantis, ubi ait, ad omnibus in tentationibus cantandum esse *Alleluja*; fidelis enim Deus, qui non permittit vos tentari supra id, quod potestis. Ergo & hic constantis *Alleluja*. Adhuc homo est vitus, sed fidelis est Deus &c.

Cæterum admisso antecedente, distinguo consequ. de Reprobis eodem modo, eone consequentiam; nullis modo, negato consequ. Verba ergo S. Doctoris non ita intelligenda sunt, ut Deus Prædestinatos non permittat tentari supra id, quod possunt; Reprobos autem, supra id quod possunt, tentari permittat, alias secum ipse pugnaret, qui, ut supra ostendimus, passim docet, quod Deus impossibilia non jubet. Exponenda sunt ergo quantum ad exitum tentationis. Nam est utriusque positum, & utriusque adfæ gratia sufficientem, Prædestinatis tamen, quibus adest etiam via gratia efficaci dante perseverantia donum, tentatio ipsa utilis, & proficua fit. Unde subdit Paulus: *sed facies etiam cum tentatione preventam, ut possitis criminum potentia etiam positionis) sustinere.* Et S. August. locum laudato a Ianfenio: *sed circa eos (inquit) illa sermone, de quibus Apostolus dicit: scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. At Reprobis, quibus non adest Deus sua gratia efficaci dante perseverantiam in bono, tentatio exitialis videtur. Videri potest D. Thom. in 1. ad Cor. cap. 10. lect. 3. exponens præfata Pauli verba.*

LXIX. Sed dices. Quo fundamento asserimus, quod de mente Augustini Deus impossibilia non jubet, cum contrarium expresse asserat lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 16. dicens: *quod idem Deus jubet aliqua, quæ non possimus, ut sciamus, quid ab eo potere debeamus?*

LXX. Respondere, quod fundamenta nostræ assertionis superius ex eodem S. Augustino allata sunt. Quod vero laudato loco dicit, non est contra nos, qui fatemur, Deum precipere aliqua, quæ sunt impossibilia viribus naturæ; sed dicimus ea omnia possibile esse viribus gratie, & Deum donum falcem Oratorum omnibus concedere, quo eis a Deo postulare possunt, & impetrare: *Nulli enim (ait ibidem cap. 12.) hominum ablatum est utiliter scire, utiliter quærere, quod inutiliter ignorat.* Vel quod homini etiam fidelis Deus precipit aliqua, quo per gratiam, quam habet, proxime non potest, ut sciat ab eo per fidem petere, unde etiam proxime possit; & hunc esse sensum verborum Augustini loco citato indicat ipse, subiungens: *ipsa est enim fides, quæ vultu imperat, quæ lex imperat.*

LXXI. Tertio. Eodem lib. de gratia Christi Salvat. c. 7. plura offert loca Ianfenius, quibus ex Augustino conatur ostendere, non adfuisse hominibus sub lege viventibus ullum auxiliium sufficientem ad legem implendam, & observanda præcepta, quia lex ipsam operatur, Rom. 4. v. 15. *Et littera occidit.* 2. Cor. 3. v. 6.

LXXII. Sed ad hæc, & similia respondeo, legem Veterem dupliciter considerari posse; vel quoad ea, quæ habeat ex propriis, vel quoad ea, quæ acquirebat, ut conjuncta cum

Spiritu, nemp cum fide Medioris, promifi. Ex propriis certe gratiam non preſtabat, nec faluta, fed operatur iram, & occidebat: non quaſi lex eſſet caula peccati, & damnationis, bona enim erat: ſed tantum occaſo, non data, ſed accepta, quia humana ſaluti ex lege ſumebat occaſionem eam tranſgrediendi. Ut vero conjungebatur littera ſpiritu, & lex ſidei Mediatoris, ſic auxilia ſufficientia, immo etiam efficaciam ineredum hominibus ad obſervantiam mandatorum, & ad verbum alerebat: Ita tamen, ut gratia non eſſet ex lege, ſed ex fide, & ſpiritu: & hoc modo Abraham, quia credidit iuſtificatus fui, ceterique in lege Veteri quocunq; iuſtitiam accipere. Propterea autem D. Auguſtinus videbatur extenuare legem, & doctrinam extollentes, gratiam per Jeſum Chriſtum neceſſariam eſſe dicebant. Sicut & Paulus agens contra Iudeos, qui de lege gloriabantur, ſic evehit gratiam, ut legem videatur dampnare.

Porro hanc eſſe ſum tritentem S. Ipſe Auguſtinus prodiſt epif. 107. modo 217. ad Vitalem c. 4. ubi ait: Non eſt igitur gratia Dei in natura liberi arbitrii, & in lege, & doctrina, ſicut Pelagiana pervertitur deſipit, ſed ad ſingulos actus datur... quia... lex Dei, atq; doctrina, quantum ſancti, & iuſti, & bona, tamen occidit, ſi non viviſcat ſpiritu, per quem ſit, non ut audiendo ſed ut obediendo, non ut loquendo, ſed ut diſpoſitione tenetur.

LXXIII. Quarto Janſenius ut offendat etiam in juſtis adeſſe quendam neceſſitatem peccandi lib. 7. de gratia Chriſti Salvatoris cap. 14. & alibi ſepe conſugit ad querela Paul. Rom. v. 14. 15. Reundatus ſub peccato. Quod enim operor, non intelligo, non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Et verſ. 17. Nunc autem jam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum: quod repetit v. 20. Et v. 23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati. Ergo homo, eſt iuſtus, quamdã ex peccato neceſſitatem habet faciendi, quod non vult, & impotentiam ad bonum, quantumcumque conetur. Hic plura congerit S. Auguſtinus teſtimonia, quibus patet, ſe evertente intentionem.

LXXIV. Reſpondo tamen diſting. conſeq. neceſſitatem: id eſt ratio neceſſario patitur illentiam, & inſurgentiam appetitus contra ipſam, concedo conſeq. neceſſitatem: id eſt ratio neceſſario conſentit appetitu, ut deſit illi adiutorium, quo illum vincere poſſit: nego conſeq. In pugna igitur carnis adverſus rationem, quam ibi deſcribit Paulus in perſona hominis juſti (ut probabilis ſententia Patres, & Interpretes) duo diſtinguenda ſunt. Et id, quod ratio patitur ab appetitu, ſeu a concupiſcentia, five habitualiter, five actualiter in motibus carnis rationem prevenientibus: & id, quod ratio agit, & operatur per ſeum conſentum, vel diſſenſum. Primum, neceſſario patitur, neceſſitate contracta per peccatum originale, quod, eſto per Baptiſmum quoad culpam deſceto, adhuc tamen manet ejus conſequentia: & eſt cunctis, fomes, ſeu concupiſcentia, alique habitus pravi ad malum inclinantem, & facilitantem, ex quibus faſcus progredunt in carne, & membris motus rationem totaliter prevenientem. Et hoc eſt Paulo eſt v. 21. vituperatum ſub peccato, eſt homoem carnalem: hoc eſt ſervitute peccati, hoc eſt captivitate a peccato: quod non conſiſtit in neceſſitate peccandi, aut in impotentia recte agendi, & non peccandi, ſed in neceſſitate talia patiendi. In alio autem, nimirum in eo, quod ratio agit conſentendo, non neceſſitatur: habet enim ſemper adiutorium ſufficientem a Deo, quo poteſt non conſentire, ſi velit.

Hæc duo in ſe experiri teſtatur Paulus eo apparente contrario modo loquendi. Nam dum ait: Non enim quod volo bonum, hoc ago, indicat voluntatem adjuvam gratia, ſed pravis concupiſcentiis impugnantem: nunc enim (ait D. Thomas hic l. 3.) ſub gratia conſtitutus eſt: quidem mentem ſuam a pravis concupiſcentiis conſervans: ſed hoc bonum non agit propter motus inordinatos concupiſcentia inſurgentes in appetitu ſenſitivo. Dum vero addit: sed quod odi malum, illud facio, intelligitur a converſo (ait D. Thom.) actio imperſecti, qua conſiſtit in ſola concupiſcentia appetitus ſenſitivi. Rufus ut offendat, ſe motibus concupiſcentie non conſentire, ſubdit: nunc autem jam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Ubi D. Thom. illud autem dicitur homo operari, quod ratio operatur, quia homo eſt id, quod eſt ſecundum rationem: unde motus concupiſcentia, qui non ſunt a ratione, ſed a ſensu, non operatur homo, ſed fomes peccati, qui hic peccatum nominatur. Similiter ut offendere Paulus, ſe gratie adiutorio velle quidem bonum, non eſſe tamen in ſui poteſtate excludere concupiſcentiam carnalem, ſubjungit: Nam velle ad hoc mihi perſtere autem bonum, non invenio. Velle ad hoc mihi (inquit S. Thom.) ſcilicet per gratiam jam reparato (vellem) eſt ex operatione gratia, per quam quidem gratiam non ſolum volo bonum, ſed etiam aliquid boni facio, quia repugno concupiſcentia, & contra eam ago ductus ſpiritu. Sed non invenio in mea poteſtate, quomodo illud bonum perſciam, ut ſcilicet totaliter concupiſcentiam excludam. Paulo igitur aderat auxilium, quo poſſet velle bonum, legem concupiſcentie contemnere, & legi Dei conſentire, quævis in ſua poteſtate non eſſet concupiſcentiam, ejuſque motus totaliter excludere. Quare ex hoc textu nihil concludunt Adverſarii.

LXXV. Quinto aſſerunt Janſenista etiam D. Thom. qui 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1. dicendum, inquit, quod ſi in poteſtate hominis eſt dicitur aliquid excluſo auxilio gratia, ſic ad multa tenetur homo, ad qua non poſſet ſine gratia ſeparante, ſicut ad diligendam Deum & proximum, & ſimiliter ad credendum articulos fidei. Sed tamen hoc poſſet cum auxilio gratia. Quod quidam auxilium quibicumque datur, miſericorditer datur,

quibus autem non datur, ex juſtitia non datur, in poenam precedentem, aut ſaltem originalis peccati. Ut Auguſtinus dicit in lib. de corrept. & gratia (c. 5. & 6.) Hic S. Thomas loquitur de auxilio ſufficienti, line quo mandata Dei ſervari non poſſunt: ſed hoc dicit, aliquibus juſte deperari: Ergo non omnibus re ipſa datur.

LXXVI. Conſirm. ex eodem q. 16. de malo art. 9. ad 11. ubi dicit: Diabolus tenetur converti ad Deum, quantumvis hoc ſit ei impoſſibile ſecundum præſentem ſtatum: quia in hunc ſtatum, quia in hunc ſtatum eo voluntaria cauſa devotio, ergo cum extiam homo ex voluntaria cauſa in ſtatum corruptionis devenerit, tenebitur omnia præcepta ſervare, eſt hoc ſecundum præſentem ſtatum ſit ei impoſſibile.

LXXVII. Reſp. primo. S. Th. ibi loqui de gratia reparante nempe de gratia habituali, qua ſola dicitur fanari, & medicinalis per Chriſtum, quia mentem fanat ad Deum convertendum, & hæc certe non omnibus datur: ſed quibus datur miſericorditer datur, quibus vero non datur ex juſtitia denegatur: non vero loqui de gratia actuali, & ſufficienti, qua homo poſſit perducere ad gratiam ſanantem, & de facto perducatur, ſi ea bene uteretur. Hæc enim nulli denegatur.

LXXVIII. Secundo reſpondeo: dato etiam S. D. loqui auxilio gratia ſufficientis, quod intelligi debet de auxilio ſufficiente proximo, & immediato ad præcepta obſervanda, & explicitè credenda Fidei Myſteria. Hoc enim non omnibus datur, ſed in poenam precedentem peccati aliquibus denegatur. Non vero de auxilio ſufficiente remoto, & mediato ad ſidem ſcilicet implicitam, & inchoatam, quo, ſi bene uteretur, datur ei auxilium proxime ſufficientem. Hoc enim nulli denegatur ſuperius diximus: nec illis etiam, qui ſunt inſidelium ſolum negative. Qui propterea damnantur, non ob tranſgreſſionem præcepti fidei explicitæ, ad quod non tenentur, cum non poſſint illud implere, ſed ex carentia fidei implicitæ Myſteriorum, que ſunt neceſſaria neceſſitate medi ad ſalutem. Semper autem præ oculis habendum eſt, quod ſuperius diximus, nempe, quod ſi homo quantumvis barbarus, & in ſylvis educatus bene uteretur auxiliis illis remotis ſibi collatis, Deus non permitteret, illum deſtitui ſufficientibus etiam proximè ad fidem explicitam, ut ex eodem S. Doctore oſenſum eſt.

LXXIX. Ad conſirm. ex eodem primo minor Janſeniſtas hunc textum adducere pro ſe. Numquid enim eandem impotentiam ad converſionem agnoſcent in hominibus vitioribus, quantumvis peccatoribus execratis, ſeu inſidelibus, quam in Damonibus? Secundo, conc. ant. neg. conſeq. Et latum diſcrimen eſt: quia Diabolus in illum ſtatum ſe proſtria voluntate dejicit, quæ poterat evitare peccatum, quod fui cauſa damnationis, ex qua facta ei eſt impoſſibile converſio: unde quod in tali ſtatu non ſe converteret ad Deum, ei imputatur ad culpam, tamquam voluntarium, eſto non in ſe, ſed in cauſa: Sicut enim (ait D. Thom. cit. loco) obrius tenetur non peccare, non quidem conſiderato pro præſenti ſtatu, ſed conſiderato obſervantia voluntaria cauſa, ſecundum quam imputatur ei aliquid ad culpam: ita etiam poteſt intelligi, quod Diabolus tenetur converti ad Deum, quantumvis hoc ſit ei impoſſibile ſecundum præſentem ſtatum, quia in hunc ſtatum eo voluntaria cauſa devotio.

At homo lapsus non eſt in ſtatu corruptionis poſitum ſua propria voluntate, ſed aliena, nempe primi Parentis, & noque ipſe poteſt evitare cauſam hujuſmodi lapſus, & corruptionis, cum nondum eſſet, quomodo primus Parens peccavit: unde ſi præceptorum obſervantia foret ipſi in præſenti ſtatu impoſſibile, eorum tranſgreſſio, vel omiſſio, non foret peccatum, nec in cauſa, quia nullum poteſt eſſe peccatum perſonale, quod non ſit voluntarium propria ipſius peccantis voluntate.

§. VIII.

Propoſitio, qua §. 4. de Peccatoribus Obſtinatis, Obsecratis, & Inſidelibus ſtatuta ſunt.

LXXX. Obſervant. primo. Obsecratis deſſe auxilia ſufficientia, probat illud Joann. 12. ubi de Populo Judæo verſ. 37. dicitur: Cum autem tanta ſigna ſeſſeſſe coram eis, non crederent in eum, & v. 39. & 40. Propitium non poterant credere: quia iterum dicitur Iſaiam, Excecati oculi eorum, ut non viderent oculis, & non intelligerent cordibus, & convertantur, & ſervent eos. Si ergo non poterant credere, quia excecati, & indurati igitur excecati, & indurati deſtitit auxilium, quo poſſint credere: & proinde, nedum efficaci, ſed ſufficienti.

LXXXI. Conſirmant. ex eo, quod de Eſau ad Hebr. 12. v. 17. dicitur: Non enim invenio penitentiam eorum, quantumvis cum lacrymis iuguiſſet eam. Et de Antiocho 2. Machab. 9. v. 13. Orabat autem hic ſcſceluſ Domini, a quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Utique ergo auxilia ad agendam penitentiam ex toto ſubtrata fuerant.

LXXXII. Reſp. diſt. conſequentis: quo poſſint proximè, conc. conſeq. quo poſſint tam proximè, quam remote, nego conſeq. Judei ergo non ex toto fuerant auxiliis Divina Gratia deſtituti, ſed quia excecati, carebant quidem auxilio efficaci, & in poenam etiam ſufficiente ad proximè credendum, non tamen carebant auxilio ſufficiente ad dependendam propriam obſervationem, & ad oculos aperiendos. Unde remote ſaltem poterant credere, quo auxilio, ſi bene uſi fuſſent, collatua eiſ fuſſet etiam auxilium ſufficientem ad proximè credendum.

Hæc eſt ſolatio S. Thomæ in dictam cap. Joann. 12. l. 6. ubi ad præſerta verba ait: Dicendum, quod homo exceſatur,

ſi non facit ea, quæ absolute ſunt ſibi impoſſibilia: ſed ſi non facit ea, quæ ſunt impoſſibilia ex ſuſceptione, non excuſabitur: ſicut ſi datur, quod aliquis habeat malam voluntatem omnino ſervandam, & dicitur, impoſſibile ſibi eſſe non peccare, quantum voluntatem illam obſervatam habebit, ſed non excuſatur: quia hujuſmodi impoſſibilitas non eſt ſimpliciter, ſed ex ſuſceptione, poſſet enim voluntatem malam deponere: Quare in 1. diſt. 48. q. 1. p. 2. ad 2. dixerat: in ſtatu via nullus eſt, qui mentis obſtinationem non poſſit deponere: ut ſuperius nos quoque oſendimus. Quare S. Auguſtin. 1. de 1. Joann. explicans, cur obdurati Judei credere non poterant; in qua. inquit; non poterant, ſi a me queratur, cito reſpondeo, quia volent: & lib. de Prædell. 55. c. 9. ait: Facile eſt, ut inſidelitate acceſſimus Judæorum de libera voluntate venientem, qui facti apud ſeram magis virtutibus credere noluerunt. Poterant ergo credere, ſed noluerunt.

LXXXIII. Ad conſirm. dico, tam Eſau, quam Antiochum habituſ auxiliium ſaltem remote ſufficientem ad agendam penitentiam veram, ſcilicet de eo quod peccaverant; ſed ex gratia ſua veritate epiſtente poſſentem ſiſam, dolentes de eo, quod amiſerant, ut dampnatos ponent in inferno. Ita S. Th. in præſatu Pauli locum l. 3. his verbis: dicendum eſt, quod quantum præſenti quia agit, poteſt agi vere poſſentia. Interdum tamen aliqui ponunt, non poſſent amorem juſtitia, ſed propter ſimoneam poenam, vel dampni temporalis: & ſi poſſent Eſau, non quia vendidit primogenitiam, ſed quia perdidit eam: unde non deleret de peccato judicandus, ſed de damnatione perditionis. Et ideo poſſentia ejus non fuit accepta, quia non fuit vera. Sic enim poſſent damnati in Inferno, ut dicitur ſap. 15. poſſentiam agentes, non quia peccaverunt, ſed quia accuſati ſunt. Hac D. Thom. Ita poſſent Antiochum, non quia contra Deum ſcſceltuſ fuerat, ſed quia corporis ſanctitatem amiſerat. Et ideo orabat Dominum, a quo non erat miſericordiam conſecuturus.

LXXXIV. Obſervant. ſecundo. Ecceſtaſtis 7. v. 14. dicitur: Conſidera opera Dei, quod nemo poteſt corrigere, quem ille deſperaverit: que conſideras S. Iſidorus l. de ſummo bono c. 13. Nonnulli, inquit, ita deſperant a Deo, ut deplorare mala ſua non poſſent, etiamſi vellet: Hinc Caini a Deo dereliſti deſperatio: Hinc Pharaoniſ excecati, qui licet tot malis percuſſus, tot ſignis admonitus, ac perterritus, durior tamen ſemper evaſit: de quo S. Auguſtinus in expoſitio quorundam præſertim in epif. ad Rom. quæ lib. 2. tractat. c. 25. expendit, & repetendit. Non ergo, inquit, hoc illi imputatur quod non obtemperavit, quantumvis ad vitioſum corde obtemperare non poterat, ſed quia aliquando ſe præbuit, cui cor obduraretur, prior ei inſidelitas.

LXXXV. Reſpondeo, verba illa Ecceſtaſtis non eſſe accipienda, ut absolute corripri non poſſent, quem Deus deſperaverit, alioquin, cur Deus tot plagis per Moylem Pharaonem corripuit, quem ipſe deſperaverat, & cur Chriſtuſ, & verbis, & miraculis corripuit Judæos, quos ſcſcitabat a Deo obsecratos? ſed eſſe intelligenda, quod nemo poſſit corrigere cum fructu, quem ille (Deus) deſperaverit.

Iſidorus autem vel, deſpectos a Deo deplorare mala ſua non poſſe ſolum potentia conſequentem, non vero etiam potentia antecedentem, cum ſuſponat, eos poſſe velle deplorare. Dantur ergo etiam obsecratis, ſi ſemper, ſaltem interdum auxilia, quibus in eis exiſtetur voluntas aliqua poſſentem, ſed quia ut ſuperius diximus cum D. Th. motus hujuſmodi debiles ſunt, & eorum obſtinatione ſuffocantur, potentia conſequentem non poſſunt.

Neque Cain fuiſſe in totum a Deo dereliſtum indicant timores illi interioriſ conſcientie teſtes. Quod Proſper, ſeu alius Auctor libri de vocatione Gentium lib. 2. c. 13. elegantè expreſſit: poſſunt enim internas voces quibus obſtinati fratericide cor ſuſſabatur, deſcribit, addit: Cum ergo talia ad Cain loqueretur Deus, nemoquid ambiguum eſt, voluſſe eum, & quantum ad illum modum ſuſſicere, qui eſſe, ut ad illo impietatis furor reſiſteret, ſed malitia perſtinat: inde facta eſt inexcuaſabilis, unde debuit eſſe conſervari. Voluit ergo Deus, & quantum ſufficere egit, ut Cain reſiſterer. Unde idem Auctor lib. 1. c. 21. dixerat: Credimus nulli homini epiſ gratia in totum fuiſſe ſubtraham.

Immo neque Pharaoni, ut ſuperius oſendit. Unde Auctor libri de Prædilatatione, & gratia (qui habetur inter opera S. Auguſtini) c. 14. ait: Si pie de Deo, ſicut expedit, ſentiamur, etiam Pharaoniſ datur miſericordiam reſponſivam.

Neque S. Auguſtin. laudato loco reſragatur: non enim ibi loquitur adverteſſe, quaſi quod Pharaoniſ inſidelitas ſola fuerit imputata, & non obſtinata ejus inobediencia: ſed comparative, id eſt quod magis illi fuiſſet imputata inſidelitas, quam inobediencia: quia inſidelitas in qua obſtinata voluit perdurare, & quam poterat deponere, iſum indignum reddidit ulteriori auxilio, quo poſſet proximè obtemperare. Hoc indicat verba ſequentia Sancti Doctoris: ſubdit enim, quod ſi curat hie, quæ elegit Deus non opera, ſed ſides inchoat meritum, ut per manus Dei bene operetur: Sic & in his, quos damnat inſidelitatis, & impietatis obsecratis poena meritorum, ut per ipſam poenam etiam malo operetur.

LXXXVI. Obſervant. tertio eundem S. Auguſtinum lib. de perfectione juſtitia cap. 19. ubi loquens de homine ſervante præcepta, ait: quaſi non debeat (homo) Deo agere gratias, quia præcepta voluit, qui deſertur: omni lumine veritate hoc velle non poſſet. Ergo ſuppone aliquid ita excecatos, ut omni lumine veritatis in totum ſit deſtituſ.

LXXXVII. Nego tamen, hoc Auguſtin. ſuppone. Solum enim ſuppone contra Coeleſtium Pelagianum, contra quem

ſcribebat, hominem, implet mandata. Deo gratias agere debere: quia mediane ejuſ lumine ea implet, quo ſi in totum privaretur, hoc non poſſet velle. Ceterum nullum, eſt excecatum, dum eſt in hac vita omni lumine privati docet, tum in locis a nobis ſupra citatis, tum enarrat. in 2. 6. dicens: Ea eſt caritas mentis: in eam quæſit datus fuerit, ob interiora Dei luce ſeclatitur: ſed nonquam poſſunt, cum in hac vita eſt.

LXXXVIII. An inquit lib. de corrept. & gratia c. 12. diſtinguens gratiam collatam primo homini, ab ea, que ejus poſteris conceditur, aſſert, hanc aliquibus non dari in poenam peccati: nunc autem, inquit, quibus deſt talia auxilium, jam poena peccati eſt: ſed gratia data primo homini fuiſſet ſecundum Auguſtinum ſola gratia ſufficientem, ſeu adjuvatorum ſufficientem: ergo ſi hæc negatur poſteris in poenam, negatur eiſ gratia ſufficientem.

Reſp. diſt. maj. Aſſert: hæc, nimirum gratiam dantem poſſe, & ſufficientiam proximam ad bonum, conced. maj. Dantem ſufficientiam remotam, qua poſſit a Deo petere auxilium, & ſufficientiam proximam, nego, quod Auguſtinus aſſert, hanc aliquibus in hac vita negari. Ut enim docet lib. 1. ad Simplicianum q. 1. Reſtat libero arbitrio in bono morali vita, non ut juſtitiã implet, cum voluerit, ſed ut ſimpliciter poſſit ſe convertere ad Deum, cuius dono poſſit illum implet.

LXXXIX. Obſervant. quarto. 1. Joan. 5. v. 16. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo die, ut roget qui. Si ergo pro illo peccato non eſt orandum; qui tale peccatum admittit, omnino deſertus eſt a Deo.

XC. Conſirmatur. Matth. 12. v. 31. Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur eiſ neque in hoc ſæculo, neque in futuro; Ergo qui tale peccatum contra Spiritum Sanctum commiſerit, omni in poſterum auxilio privabitur etiam ſufficientem.

XCI. Reſp. non conſentire Interpretes in exponendo, quid nomine peccati ad mortem intellexerit S. Joannes.

S. Th. per peccatum ad mortem intelligit impotentiam finalem, & pro iſta certe non eſt, cur roget qui.

S. Ambroſius, qui lib. de Poenit. c. 8. illud exponit de peccato in unoquoque genere gravissimo, dicit quod proſus venia non debet orare quilibet, ſed tantum eximia ſanctiſſima vitæ.

S. Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum intelligit, non quod pro tali peccato absolute nemo orare poſſit, ſed quod non tunc, quæ non ſunt ad mortem. Quæ expoſitio videat plane ad mentem S. Joannis. Nam ibi præmiſerat: Hæc eſt ſanctiſſima, quam habemus ad eum; quæ quodecumque peccatum ſecundum voluntatem ejuſ audit nos. Et paulo poſt. Qui ſcit ſcrærem ſuam peccato peccatum non ad mortem, peccat: & dabitur eiſ vitæ poenitentia non ad mortem. Et ſtatim ſubdit: Eſt peccatum ad mortem &c. quibus ſignificat, pro iſto peccato non eſſe cum tanta fiducia venia orandum, quia diſſimile venia donatur.

S. Auguſt. lib. de corrept. & grat. c. 12. proſtat S. Joannis verbis: De quo peccato (inquit) quoniam non expreſſum eſt, poſſunt multa, & diverſa ſentiri. Ego autem dico, id eſt peccatum, ſidem, qua per Alienationem operatur deſerere uſque ad mortem. Pro hac certe, ait S. Joannes, non dico quod orquetis, id eſt quoad efficaciam.

XCII. Ad conſirm. diſt. ſi per verbum in Spiritum Sanctum intelligatur impotentia finalis, ut exponit S. Aug. lib. 4. contra Creſonem c. 8. concedo. Si intelligatur de blaſphemia in divinitatem vel peccatum ex malitia, ut explicat S. Barthelemy in regulis brevioribus reſponſ. 253. & S. Chryſoſt. hom. 42. in Matthe. nego. Licet enim hæc peccata diſſimile remittantur, tum ob ſui enormitatem, tum ob malitiam, & pertinaciam peccantis: nihilominus non ſunt absolute irremiſſibilia, nec deſunt omnino peccatori omnia auxilia, ut ſa item remoto poſſit malitiam, & pertinaciam deponere.

Ita S. Th. 3. p. q. 86. art. 1. ad 3. dicendum (inquit) quod illud verbum, vel blaſphemiam contra Spiritum Sanctum eſt finalis impotentia, ut Auguſtinus dicit in lib. de Verbis Domini (ſerm. 11.) quæ poſſit irremiſſibilis eſſe, quia poſt finem hujuſmodi vita non eſt remiſſio peccatorum. Vel ſi intelligatur per blaſphemiam Spiritus Sancti, non dicitur remitti, ſcilicet de facili: vel quia tale peccatum non habet in ſe cauſam excuſationis: vel quia pro tali peccato poenitentia poſſit aliquis, & in hoc ſæculo, & in futuro.

Et ibidem ad 2. ſibi oppoſitæ auctoritati S. Auguſtini ex ſermone Domini in monte, reſpondens. Dicendum (inquit) quod illud verbum Auguſtinus ſic intelligendum eſt: Tanta eſt labes illius peccati, ut deprecandi humilitatem ſubire non poſſit: ſcilicet de facili poenitentiam poſſit: ille non poſſe ſanari, qui non poteſt de facili poenitentiam poſſit: poſſet tamen hoc fieri per divinam gratia virtutem, qua etiam inſerendum in profundum maris convertit, ut dicitur in Iſaïam &c.

XCIII. Ex his pro conciliandis variis textibus regula generalis deducitur. Duplex enim diſtinguitur debet potentia: una quæ importat ſcſcultatem, & facilitatem, qua ſcilicet reſiſtari poteſt, & quidem faciliſſer. Altera, quæ importat ſcſcultatem, ſed non faciliſſer, & quæ quod eſt valde difficile, dicitur moraliter impoſſibile, ideo quævis nullum ſit peccatum, quod in hac vita absolute remitti non poſſit; quæ tamen quædam ſunt, quæ cum magna difficultate remittuntur, ut in obsecratis, & obduratis, & firmam adheſionem malo, & pravam conſuetudinem: & quia hujuſmodi obsecratis, & obduratis rariuſ conſentitur auxilia proxima ad converſionem: ideo ſape eorum converſio ſic deſcribitur, ac ſi foret absolute impoſſibilis.

XCIV. Dices tamen. Datur mensura peccatorum cuique...

XCIV. Ad hoc. quod magno zelo aliqui Concionatores...

Scio, non desite, qui velint, plures esse peccatores...

Ita D. Gregorius hom. 12. in Evangelia. Quia, inquit...

XCVI. Nec officias, quod sibi olim obicit Auctor libri...

XCVII. Tandem obijciunt, Angeli Custodes quandoque...

XCVIII. Respondetur primo, neg. anteced. nam dicitur...

Quod repetit 1. p. q. 113. art. 4. ad 3.

Est autem Custodes Angeli efficaciter cooperentur ad...

Quo titulo debeantur omnibus auxilia sufficientia ad salutem.

XCIX. Dico, Auxilia sufficientia ad salutem omnibus...

Probatur. Christus titulo Redemptionis, ac meritis suis...

C. Si autem quaeras, quo titulo ejusmodi auxilia...

Respondetur, ea deberi duplici titulo, nimirum iustitiae...

Ita cum Christus magnus Medicus inveniens agrorum...

CI. Aliter tamen Juxta debentur auxilia, aliter peccatoribus...

CI. Quod autem hujusmodi auxilia sufficientia ad salutem...

QUESTIO III.

De immutabilitate, & libertate Voluntatis Divinae.

Inter Divinitatis Arcana, quae Theologi scrutari consueverunt...

An Voluntas Dei sit immutabilis.

Veritas Catholica.

Uzto praesenti affinis (non dicam idem) est aliud, quod...

Immutabilitas Dei duplex est. Alia physica, alia moralis.

Quamvis Doctores Catholici pro immutabilitate divinae...

II. Dico. Divina voluntas est omnino immutabilis, nec fieri...

Probo 1. ex Apostolo ad Hebr. 6. ubi loquens de benedictionibus...

Probo 2. ex hoc, quod Deus cum juramento promisit Abraham...

Rursus ex hoc, quod Deus retractare non possit, quod promissit...

III. Secundo. Probo ex Ps. 109. v. 4. Juravit Dominus, & non...

IV. Tertio 1. Joan. 5. v. 10. Qui non credit Filio, mendacem...

V. Quarto. Num. 23. v. 19. Non est Deus quasi homo, ut...

VI. Haec veritatem sententur Patres. Unicum Augustinum, & Gregorium...

Quibus apparet, quod dum Deus deprecationibus nostris...

VII. Tandem probatur ratione D. Thomae haec quae 19. art. 7.

nire debet: vel scilicet, quia incipit illi esse bonum, quod...

VIII. Dicunt, Deum posse mutare suam voluntatem ex...

Sed contra est primo. Qui cessat ab amore boni causa...

Secundo. Qui nulla stante variatione boni, aut cognitionis...

Tertio. Si in omni decreto divinae voluntatis deberet...

Soluntur quae contraria sunt.

IX. Primo obijci potest. Deus plura dixit, quae non implevit...

De hoc superiori actum est, tum q. 2. de Immutabilitate Dei...

X. Resp. primo, disting. ant. plura dixit, attentio suo...

V. Quarto. Num. 23. v. 19. Non est Deus quasi homo, ut...

VI. Haec veritatem sententur Patres. Unicum Augustinum, & Gregorium...

Quibus apparet, quod dum Deus deprecationibus nostris...

VII. Tandem probatur ratione D. Thomae haec quae 19. art. 7.

XII. Infinitis tamen. Haec duo decreta, puniendi, & parcendi...

XIII. Respondetur primo, negando antec. Nam etiam in...